



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.9. Litteræ ad Serenum. Imagines.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Sæculum VI.  
A. C. 599.

§. IX.

*Litteræ ad Serenum. Imagines.*

VII. ep. 110. **H**oc anno 599. S. Gregorius missus Galliam Cyriaco Monasterii suorum mani Abbate Synodum celebrati iussit. Cum proficiscenti in Galliam per Maliam iter esset dirigendum, dedit ei Episcopum illius Civitatis Serenum epistolam commendatitiam, in qua etiam dicit: *ad notitiam meam pervenit multi abhinc tempore, te, cum imagines in Ecclesia a quibusdam adorari videres, illas confractas projecisse. Laudo zelum tuum quo impedire vis, ne, quæ hominum manus facta sunt, adorentur; mibi tamen videtur, imagines istas a te præter factas & æquum fuisse confractas.* Nam imagines depinguntur in Ecclesia eo confundut illi, qui litteras nesciunt, in parva conspiciant, quod in libris legere non possunt. Consultius ergo egisses, si illas invasses, & prohibuisses, ne populus avarando picturam peccaret. Verisimile est has imagines, sicut antiquas plerasque in ligno fuisse depictas.

Serenus nullam hujus Epistolæ rationem habuit, & ad S. Gregorium respexit, quasi dubitans, an ea ex ipsius calamitate fluxisset; atque ad illud rescriptum S. Gregorius anno sequente 600. sub initium Indictionis quartæ respondit in his verbis:

verba : *Cyriacus Abbas, qui litteras meas Sæculum VI.  
detulit, suspectus tibi esse non merebatur.* A.C. 599.

Et deinde de Imaginibus confractis lo-  
quens : *Edic, Frater mi ! an unquam IX. epist. 9.*

*ante audivisti, Episcopum ejusmodi ali-  
quid fuisse molitum ? an non hæc sola co-  
gitatio te ab hoc facto abterrere debuif-  
set, ne solus pius & solus sapiens contem-  
to Fratrum tuorum exemplo esse vide-  
reris ? ajunt, te destruendo illas Imagi-  
nes populo tuo usque adeo scandalum crea-  
se, ut pars major a tua Communione re-  
cesserit. Illi, qui recesserunt, a te con-  
vocandi sunt, & docendi, prohibente S.  
Scriptura non esse licitum adorare opera  
bominum. Tum addes, cum videres usum  
legitimum istarum Imaginum in Idolola-  
triam (\*) converti, rem pessimam indi-  
gnatum illas destrui jussisse. Et dices : si  
vero in Ecclesia Imagines habere cupitis  
ad eruditionem vestram, in quem finem  
antiquitus introductæ sunt, id lubentiani-*

H h 3

mo

(\*) Unser Protestant hat in diesem Orte die Worte des Fleury unrichtig gegeben, nämlich que voiant l'usage des Images tourné en adoration. Dass der rechtmäßige Gebrauch der Bilder in eine Verehrung derselben ausarte. Das Wort Verehrung ist untauglich das Wort Adoration oder Idololatria auszudrücken. Allein er hat hier wollen zum Schimpfe der Katholiken den Ausdruck Verehrung und Anbetung verwechseln.

Sæculum VI. mo permittam. Ita irritatos mitigabis.  
 A.C. 599. & ad unitatem reduces. Si quis Imagines facere voluerit, non impedihas, sed solum prohibeas, ne illas adoret. Historia depictæ aspectu populus ad compunctionem cordis moveatur, sed ad solam S. Trinitatem adorandam prosternatur. Haec omnia tibi scribo, non zelo tuo quidquam detraeturus, sed quia Ecclesiam amo, & ut ad implendum Episcopi munus animos tibi addam.

## §. X.

## Cyriacus in Galliam missus.

*Sup. XXXV. Cyriacum Abbatem in Galliam mittens.*  
*45. XXVI. 2. di causa fuit, ut tollerentur abusus,*  
*VII. ep. III. quos S. Gregorius ad S. Virgilium Are-*  
*latensem, & Brunechildem Reginam scri-*  
*bens reprehenderat. Hunc etiam in hi-*  
*nem Papa Epistolam circularem ad qua-*  
*tuor Episcopos, qui in Galliis præcipu-*  
*habebantur, Syagrium Augustodunen-*  
*sem, Etherium Lugdunensem, Virg-*  
*ilium Arelatensem, & Desiderium Vie-*  
*nensem dedit. Relatum est ad me, in-*  
*quit, quod in Gallia Sacri Ordines Sin-*  
*niace conferantur. Qui ita ordinantur,*  
*Sacerdotii honores querunt, non ver-*  
*onera & officium; inde etiam sequitur,*  
*illum solum neglecto morum examine, di-*  
*gnum Sacro Ordine existimari, qui pecu-*  
*niam offert, cum tamen eo ipso tanquam*